

Informatio in causa de Villa Neikirch

A

Est caprimis liber Annalium antiquissimus Ecclesia Varmiensis, ex quo constat villam Neikirch Anno Dni 1369. tempore adhuc Crucigerorum pertinuisse ad Ecclesiam & Capitulum Varmiese, ab eaq. fuisse possessam, sed tyrannide Crucigerorum, cum alijs multis bonis fuisse eidem ablata. Constat hoc Casum ex testimonio literarum transactionis cuiusdam de Villa Neikirch, Anno 1518. De q. inferius litera D.

G

Postquam vero pulsus Crucigeris, Prussia venit in potestatem Regum Poloniae etiam haec Villa iure belli pertinuit ad Regem. Sunt igitur litera Germanica in quibus constat haec tria.

Primo litera Mag. Dni Joannis a Bayson, Subnatoris terrarum Prussiae, quibus testatur se ex officio suo pro subsidio et necessitate terrarum Prussiae accepisse mutuo à Cive Elbingensi Henrico Bilindt, octingentas Marcas & viginti scotos, in eadem summa obligasse eidem, cum consensu Consiliariorum Prussiae, Villas Neikirch et Karstau. Anno 1456. In illa enim perturbatione bellorum, ob tyrannidem Crucigerorum, & Capitulum Varmiese dispersum, et Ecclesia spoliata omnibus bonis sacris suppellectili, atq. igne exarsa fuit: non mirum igitur et bona Ecclesiae tunc fuisse in Regia potestate.

Secundo sunt litera Consulium et Senatus Elbingensis, de actu Anno Dni 1469, Sabbatho ante Dominicam Oculi, quibus testatur praedictum Henricum Bilindt summa illam, quam habuit super Villas Neikirch et Karstau donasse Monasterio Elbingensi S. Priscillae.

Tertio litera Vincentij Epi Culneae, Ecclesiarum Varmiae et Pomesaniae Administratoris, et Mag. Sebory, à Bayson Subnatoris terrarum Prussiae Patti Marienburgens. sub actu Anno Domini 1469 feria secunda post Dominicam Oculi, quibus donationem praedictam istarum summarum super Neikirch & Karstau per Henricum Bilindt Monasterio S.

Brigitte Elbingen. factam, auctoritate sua approbasse, et in eam consensisse, villam
illas Monasterio addidisse testantur, Præmittunt Ser. m. Regem easdem villas
Monasterio prædicto, privilegio suo perpetuis temporibus concessurum.

B

Sequitur privilegium S. Casimiri Regis Polonia, datum eodem Anno
1469. feria secunda proxima post festum S. Catharinae Virginis & Martyris in Con-
ventione generali Petricovica. Quis privilegio præfatus Rex cultum Dei bellorum
turbis labefactatum, et sacra loca demolita instaurare cupiens, facit erectione
et fundationem Monasterij S. Brigittæ in Civitate Elbingensi pro restau-
ratione illius Monasterij donat et fundat ^{certum} ~~tertium~~ locum castri in
suburbio. Et præterea ut prædictæ Sorores Monasterij liberius Deo
vacare possent, et orationes ac sacrificia ibidem offerantur pro eiusdem
Regis salute, et felici statu Regni ac terrarum Prussia donat de consensu
Consiliariorum prædicto Monasterio perpetuis temporibus Villam X Heilrich eamque
ab omni Republica gravaminibus et oneribus eximit atque in sortem Ecclesiasticam
transfert sub sua et suorum successorum Regum Polonia defensione recipit. Quod
si Moniales & Fratres non se bene gererent, et regulam non servarent,
reservat sibi et suis successoribus potestatem applicandi eandem Villam
ad alios pios usus, uti iam Ecclesia ^{in eam} ~~non~~ videtur. clarissime hoc
privilegio, non summam illam donatam ab Henrico Bilindt cuius nulla
fit mentio, sed ipsam villam perpetuo ^{iure} donatam à Rege Monastro
pro fundatione eiusdem. Et præterea ea ipsa donatione et translatione
eiusdem, in sortem Ecclesiasticam, desisse Villam istam pertinere ad
bona Republicæ & Regalia. Notandum præterea Regem sibi et
successoribus suis tanquam Patronis honorum Ecclesiasticorum reservare
potestatem, villam eandem in alios pios usus convertendi et applicandi. Per hoc
etiam privilegium summa pecunia, quæ erat in ista villa inscripta,
facta tali donatione interijt, et villa iam cessavit esse redimibilis

Post istam

Post istam donationem Casimiri Regis facta est constitutio ab Alexandro Rege Anno Dni 1504 Petrosunia, super quam fundatur Executio.

Quod bona Regalia dum eximentur, vel si quomodo modo devalentur ad Regiam Mtem, amplius non impignorabuntur, neq; donabuntur per Mtem Regiam nisi in generali Conventione, pro Reipub. necessitate ^{publica} Consilii consentirent, obliganda, donanda, vel inscribenda. Hac Constitutio. Nota ergo in hac constitutione agi de bonis Regalibus tantum exemptis, vel ad Reg.

Mtem devalentis, atq; Villa Neukirch donata, ut supra a Casimiro Rege Monastro Elbingen, iam desierat esse Regalis translata in sortem Ecclia. Et proinde etiam male se gerentibus Monialibus non esse devaluta ad Mtem Regiam ut Regalis, sed ut Ecclesiastica, applicanda a Mte Regia alteri pro usu vel loco, iuxta illam reservationem in prefato Privilegio Casimiri Regis. Potuit ergo non obstante constitutione Alexandri Regis applicari per Sigismundum Regem Ecclia Varmiensi, nec subiacet executioni, quae tantum bona Regalia afficit. Et hoc equatum totius negotii, in hoc manifeste appareat, nullo iure praetextu executionis ablatam ista villam Ecclia Varmien applicata, eidem a Sigismundo Rege, de qua re sequitur Privilegium.

Privilegium Sigismundi I. Regis Poloniae Anno Dni 1508. feria quarta in festo S. Scholasticae Cracoviae in Conventu generali datum, quo Rex omnes immunitates, privilegia et libertates Eccliae Varmien confirmat donat perpetuo Gto Lucia, Districtum Polckmit cum suis pertinentiis et praeterea sepe ratum non tam quam ad districtum Polckmit pertinere, quod diligenter notandum est. tres villas donat. Dretsdoiff, Karslaw, et Neukirch per D. Casimirum Regem parentem suum Monasterio S. Brigittae Elbingen concessas, propterea quod Monasterium illud non fuerit sortitum suum effectum.

Nota hic non debere involvi cum Polckmit istas tres villas, inter quas est Neukirch, quia donatione Casimiri Regis facta Monasterio, iam fuerunt separata a Districtu Polckmit, prout etiam in hoc precedenti Privilegio clare satis separantur, nec dicuntur pertinere ad Districtum.

Tolckmit. De proinde diuersa est ratio donationis. nam Tolckmit donatur
tquam bona Regalia noua donatione, Villa autem Neukirch cum alijs non
donatur Ecclia noua donatione tquam bona Regalia, Sed antea donata Ecclia
per Casimirum applicantur potius alteri suo usui, deficiente Monasterio,
iuxta reservationem Casimiri Regis. Quamuis igitur de donatione Tolckmit
possit ee dubium, num valida sit propter statutum Alexandri Regis de
applicatione tamen et donatione Neukirch, nullum potest esse dubium,
imo manifestissimum e non esse contra statutum Alexandri Regis, de non alie-
nandis bonis Regalibus ob id quod Villa Neukirch non fuerit iam Regalis,
ut supra dictum est. Post istam donationem trium Villarum Krebsdorff
Karszaw, et Neukirch Ep^o Varmien^{si} sequitur transactio Ep^oatum Var-
mien^{si} ac Capitulum ex una; et inter Abbatissam Gedanen^{si} Ordinis S^{an}c-
tae Brigittae cum suis sororibus, Priore et fr^{at}rib^{us} capitulariter conuenien^{ti} partib^{us}
ab altera facta Anno D^{omi}ni 1518 die 23 Octob. cum enim Moniales istae
mouissent litem Ep^o Fabiano Successori Lucae, quod occuparet villas
Ordinis sui, Monasterio Elbigen^{si} in Diocesi Varmien^{si} existens, a Casi-
mire donatas, inierunt partes praedicta inter se talem concordiam, ut quandoquidem
certo constat, Villa Neukirch antiquitus pertinuisse ad Ecclesiam Varmi-
ensem, eadem eidem Ecclia perpetuo cederet, Villa autem Krebsdorff et
Karszaw licet in Varmien^{si} essent Diocesi, perpetuo cederent Monasterio
Gedanen^{si} S^{an}c^{tae} Brigittae, et super talem transactionem fieret confirmatio Regis et
Pontificis. Contra hanc transactionem obicitur a Decreto pro D^{omi}no
Galinski de bonis Regalibus no potuisse fieri talem transactionem etia^m auctoritate
Pontificis, Sed hoc friuolum e, nam ut ostensum e ista Villa Neukirch
sicut et alia, non erat Regalis.

Sequitur firmiter Ep^o Sigmundi i Regis Anno D^{omi}ni 1519 feria sexta
post festum S^{an}c^{tae} Marthiae Ap^{osto}li, Petricouid^{ae} in Conuentu generali datum,
quo testatur, suo consensu, Fabianum Ep^om, Monasterio Gedanen^{si} duabus
Villis Krebsdorff et Karszaw, cessisse. Et confirmat Capto villam Neukirch

ab ipso donatam et transfusam.

Priuegium Sigismundi Augusti Regis Jo Tri 1548. feria 2da
ante festum S. Lucae Petricouid in Conuentu generali datum, quo confirmat
proxime supra positum Patris sui Sigismundi priuegium. Hoc
utrumq; priuegium ualidum ee, nec pugnare cum statuto Alexandri
quoad Villam Heühirch ex superioribus patet. Continet enim Confirmatione
praeteritorum.

Nec censentur ista Priuegia praecedentia infirmata per Constitutionem Conuen-
tionis Petricouid Anno 1562. Ibi enim agitur de illis, quae fuerunt con-
traria statuto Alexandri. At donatio et confirmatio Villa Heühirch
non e contraria huic statuto, ut ostensum est.

Illud etiam facit pro validitate istorum Priuegiatorum. Quod cum in
Conuentione Warsauiens Anno 1563. facta fuisset generatis quoddam
reuisio istorum bonorum Regalium contra statutum Alexandri alteratorum per
reuisores Regios ad id missos, et etiam cognitio de literis et priuegijs talium
alienationum, nunquam hoc Capto ius in dubium fuit uocatum, nec mota
illis ulla difficultas.

Et quod magis e, cum uigore constitutionis conuentus Enals Warsauiens
Anno 1563 omnes reuisiones et decreta de talibus bonis executioni
subiacentibus missa fuisset, ad omnes districtos per totum Regnum. In Prussia
autem ad terminos terrestres, ut si q; celassent eiusmodi donationes contra statutum
Alexandri factas, et executioni subiectas possent facilius deprehendi, et ci-
tarentur ad fucara comita. Nihil tale fuit Capto obiectum nec ulla
data citatio.

Ag ita Capitulum fuit in possessione quera istorum bonorum Ab Anno 1508. usq;
ad Anno 1569. etiam per totum illud tempus quo maxime ferueba et
exequutio, absq; ullo impedimento, Villa autem Heühirch fuit Ecclesiastica
ab Anno 1469. usq; ad Annum 1569. per integros centum annos.

Anno autem 1569. Dns Matthias Faluushy gratia Rex mi Regis Sigis-
mundi Augusti maxime pollens, fretus eadem data mala informatione

M^{te} Regia, ac si ista bona subiacerent unà cum Polchmit executio
et exemptioni, impetrauit potestatem illa eximendi, et mouit lib^{er} Ep^{iscop} et
Cap^{itulum}. In quo iudicio aliqua indebitè sunt acta.

Primo. Quia uerba statutum Sigismundi Regis in Conuentione Pe-
trecauend. Anno 1538. Præuilegia publica et priuata non debent interpretatione
aliqua, in alium quàm sonant sensum uerti, sed ita ut in suis tenoribus scripta sūt
et non aliter intelligi debent: At in isto iudicio ualde sunt præuilegia in
alium quàm sonant sensum uersa, ut in sequentibus patet.

Nam quod ad villam Neuhirch spectat, tale fuit iudicium.
Primo habita è ratio illig^{enda} summa, in qua unà cum alijs istam villam adhuc
tunc temporis Regalem, Mag^{ister} Joannes de Baysen obligauerat Henrico
Bilindo Cui Elbingen^{si}. cum tamen propter donationem Casimiri istig^{enda} villa Mona-
sterio Elbingen^{si}. iure perpetuo iam ista summa omnino interisset, nec villa
amplius subiaceret exemptioni.

Secundo interpretati sunt Præuilegium Sigismundi Anno 1508. datum aliter
quàm sonat. Iudicarunt enim villam Neuhirch pertinere ad Capita-
neatum Polchmiten^{sem}. et simul cum illo tanquam pertenens ad illum da-
tū fuisse Episcopo Luca. Quod non ita èè apparet ex Præuilegio ubi illam
separat clarissime

Tertio. Iudicarunt villam istam tanquam regalem datam Ep^{iscop}o Luca. Quod non ita
est, cum in Præuilegio Sigismundi dicatur istam villam iam ante fuisse Ecclesia-
sticam, donatam videlicet à Casimiro Monasterio Elbingen^{si} et deficiente
Monasterio dari et applicari et Ep^{iscop}o et Eccl^{esi}æ Varmien^{si}, et inata reserua-
tionem Casimiri in alium pium usum conuerti.

Sic igitur ueritate inuoluta et suppressa, latum è decretum pro D^{omi}no Falinsly
et Cap^{itulum} cederet ista villa, unà cum bonis Polchmit eidem D^{omi}no accepta
summa, in qua fuit obligatum Polchmit. Extat huius Decreti copia, Sublino 1599
feria tertia ante festum S. Margarethe, nec tamen è Secretis Comitiorum
ritate factum ut debuit fieri, sed Absesorum.

Facto tali

H Facto tali decreto protestatus e Mandatarius Capti se de villa Neukirch nullapriuelegia protu-
lisse, quia eam Captum non in summis, sed iure perpetuo possidet. Et quia Instigator
Nullam de ea Quattionem mouit paratum tamen ista Priuelegia producere.
Et secundum decretum pro Dno Zalinsky, Kuisini 1569, die 28. Nouemb. In causa
solius villa Neukirch latum, quo decernitur villam eximibilem ee. Ex hoc Decreto
apparet fuisse separatim institutam actionem, de villa Neukirch.

Quomodo autem hac actio fuit instituta, et quis fuerit processus executionis in tradenda
posseprone istius villa, Dno Zalinsky separatim dicendum erit, si authentice
poterit ostendi, ruerit Decreta pro isto lata.

I Notum e autem Captum ad uindicanda ista bona exemplo Monialium Sedanensium
quibus per eundem Dnum Zalinsky eodem plane ~~procedu~~ adempta erant dua villa
Krebsdoff et Karszan, quas una cum villa Neukirch idem Casimirus Rex donauerat
Monasterio Elbinyensi. Citauit Moniales, et ostenso Priuelegio perpetua donationis Casimiri
reupnarunt villas per Decretum Sigismundi Augusti Regis Ani 1577. Et quia
causa de villa Neukirch est omnino similis, multum ualeet hoc Decretum ad ostendendam
aguitatem cause Capti.

K Anno demide 1578. Vte Captum uigore Constitutionis Conuentus Petricouien. Anno
1562, ut bona iniuste sibi adempta reciperet, Citauit Mas. cu S. Mathiam
Zalinsky post Curiam, ex qua citatione reiecta est cognitio causa ad comitia
uigore eiusdem constitutionis.

L Quotta constitutionem Warsauiend Conuentus sub Scophano Rege, Anno
1581, de bonis, nulla iure ademptis, facta a Capto eodem anno protestatio
in Iudicijs terrestribus Poznaniensibus.

M M Anno 1593 et Anno 1595 causa ista per arrestra huc usq suspensa

Anno Domini 1611 ^{in sept.} Anno
1613 Varsoviae celebratis in
initio 40^{ma} noster Procura
tor fuit D. Andrea Zifec
ky